AD

CAPESSENDOS

IN

PHILOSOPHIA

ET

LIB. ARTIB.

HONORES SVMMOS

INVITAT,

ET DE

ANTIQVISSIMA AENEIDOS VERSIONE GERMANICA

HENRICI DE VELDECK,

ANTE DC. FERE ANNOS CONCINNATA,

CVIVS CODEX MSTVS ASSERVATVR IN BIBLIOTH.

SERENISS. DVCIS SAXO-GOTHANI,

PAVCA DISSERIT

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM

LIPSIENS. ORDINIS

H. T.

PROCANCELLARIVS

IO. CHRISTOPHORVS GOTTSCHED

PHILOS. PRIMAE ET RAT. P. O. PUBL. EXTR.

LECTORI
LITTERARVM HVMANIORVM
STVDIOSO
S.

POst immortales Virorum Clarissimorum circa antiquissima eruditae Germaniae monumenta, conatus, *Hickesiorum* scilicet, *Spelmannorum*, *Iuniorum*, *Goldastorum*, *Frecherorum*, *Schilteriorum*, *Morhosiorum* quoque, *Wagenseiliorum*, aliorumque plurimorum, horas quasdam fructiuas lectioni priscorum vatum nostrorum impendere, non excusationem tantum, verum laudem etiam mereri existimamus. Si enim Ciceronis tempore, Liuii Andronici, Ennii, Accii, Naeuii, Pacuuii, aliorumque poetarum Latinorum annosa volumina volnere et renoluere dedecori habitum non est, ab aequis rerum aestimatoribus: ne nobis quidem id vitio verti potest, eoque minus culpari, quo antiquiora nobis restant ingenii Teutonici cimelia, quoque praestantiora continent et sapientiae praecepta, et morum gentis nostrae quondam sanctissimorum vestigia. Accedit, quod in pervestigatione horum monumentorum, clarissima vbique se prodant vestigia, non adeo barbaram fuisse, vel in ipsa saeculorum medii aeui barbarie, Germaniam nostram, vt non reliquos Europae populos, ingenii acumine et vbertate, immo romanae eruditionis imitatione etiam, multis modis vicerit.

Non multus iam ero in recensendis saeculorum IX. X. XI. et XII reliquiis, Germaniae nostrae poeticis, quae inde a Caroli Magni temporibus, vsque ad Friderici Barbarossae felicia Musis tempora exaratae fuerunt, et adhuc exstant quam plurimae, in Gallo-Belgi

tum operis, eiusque maioris, mentionem iniicere iam animus est, quod paucis adhuc visum, nemini eruditorum satis cognitum, et numquam hactenus impressum, in celeberrima Bibliotheca *Serenissimi* DVCIS SAXO-GOTHANI exstat, exemplar vnicum, manu exaratum.

Exhibet hoc opus rarissimum, translationem liberiorem Aeneidos Virgilianae, ante plus DL annos, saeculo scilicet XII factam, a celebri eius temporis poeta *Henrico de* VELDEK, siue vt alii volunt, de *Veldig*. Huius Auctoris mentionem, vt a *Goldasto*, *Morhofio*, *Wagenseilio*, et *Omeisio* factam saepius, legeram subinde, ita mirari non satis poteram, nihil de opere ipso in medium proferre viros hos doctissimos; quum tamen vel minoris momenti poemata antiqua ab obliuione vindicare solemne ipsis fuerit. Haec animo saepius agitanti, ante biennium accidit, vt conciliante mihi gratiam hanc, Maecenate optimo, illustrissimo S. R. I. *Comite* MANTEVFELIO, Litterarum omnium Patrono maximo, apud SERENISSIMAM DVCEM *Saxo-Gothanam*, Principem Feminam, vt mente excelsa et ad scientiarum tutelam suscipiendam promissima praeditam, sic liberalitate et gratia erga eruditos inclitam, id impetrarem; vt MStum hoc elegantissimum, et quouis aura carius, mihi in aliquot septimanas ad perlustrandum huc transmitteretur. Vsurpaui itaque oculis, perlegi summa cum voluptate, immo concedente id DVCE CLEMENTISSIMA, descripsi quoque in futuros Germaniae eruditae vsus, *Aeneidem* hanc *teutonicam*, versibus non incomtis, quales saeculum XII ferre poterat, summa qua poteram accuratione, ab initio vsque ad finem: in praesenti autem prolusione specimina aliquot antiqui huius monumenti germanici daturus sum, ex quibus et institutum, et carminis ratio, et aetas, et alia id genus ad historiam libri pertinentia, cognosci poterunt.

Antequam autem hoc faciam, animaduertendum est, in magno errore versatum esse, clariss. quondam Professorem Altdorfinum, *Magn. Dan. Omeisium*, in Poetices vernaculae (Anleit. zur teutschen Reim- und Dichtkunst) Cap. III p. 37 Edit. Norimb. a. 1712, vbi hariolatur, Versionem quandam Aeneidos germanicam, quae Ienae 1606 in 8uo prodiit, forte hanc ipsam esse *Henrici de Veldek* translationem, praeposteru quodam studio correctam, et ad recentioris saeculi genium innouatam. Ad manus est isthaec editio, vti plures aliae versiones germanicae antiquiores; verum vti iam in praefatione, quam versioni recentissimae Aeneidos, in vernaculam nostram, nuper praemissa obseruaui, non est Ienensis ista Editio, nisi repetitio quaedam et correctio *Murnerianae versionis*, quae saeculo ante, 1515 scil. Argentorati prodierat in folio. Praeterea conferenti eandem cum hac antiquissima *Veldekiana*, ocularis inspectio demonstrat, nihil iisdem commune esse, praeter contenta fabulae virgilianae summatim sumta; id quod ex initio vtriusque Poematis appositio cuiuis patebit. Incipit autem *Henricus* noster sine omni praefamine; immo, licet integerrimus sit Codex Gothanus, in ligatura corii suilli firmissime compactus, et optime conseruatus, ne inscriptionem quidem vllam prima pagina exhibet, sed statim ita incipit:

✡ ✡ ✡

Verſio Henrici a Veldek. Secul. XIII. facta.	*Verſio Murneriana. init. Sec. XVI. edita.*
Ihr habt wol vornomen daz	*Ich bſchreib die Waffen vnd den man*
Wie der Kunig Menelaus beſaz	*des, der zum erſten vſchiffet kam*
Troyen die reichen	*Flüchtig in das welſche lande*
Vil gewaldeclichen	*gegen Lauinien wol erkant.*
Do her ſie zu vuren wolde	*Der zu lande vnd auch vff meere*
Durch paris ſchulde	*geworffen ward geübet ſere*
Der ihm ſein weip hette genomen	*Durch der götter krafft vnd zorn*
Nicht en wolde her dannen komen	*Iunonis der göttin hochgeborn*
Ee den her troyen gewan	*Wieviel er doch erlitten hat,*
Vil manic weip und man	*da er wolt buwen Rom die ſtat*
Bleib do yemerlichen tot	*In latium bracht die fremden gæt*
Do was vil michel not	*da bar ein vrſprung warlich bet*
Da man die burg ſach vallen	*Albani vnd Latiniſch geſchlecht.*
Und der luten allen	*Rom auch ſelb verſtan dis recht*
Der vil luzzel do genas	*Ach got ſag mir doch welchen got,*
Manic rich pallas	*hat doch Eneas dir verſpot*
Wart da zu vuret	*Was zorns nimmpt ſich die küngin an*
Von Marmel gemuret	*das ſie ein ſolchen milten man*
Und manic gut hus	*Hebt vnd treibt in manchen fal*
Da wart der Kunig priamus	*zwingt in arbeit vberal*
Iz slagen zu tode	*Ich bet nit gmeint das hymelſch gmiet*
Alle ſturben ſie node	*ſo zorneklich mit rache wiet.*
In dem ſturme hartte ſchiere	
Und ſeiner ſvne viere.	

Ab hac prima D. *Murneri* verſione in eo diſcedit editio recentior Ienenſis, quod a praefatione notiſſima: *Ille ego, qui quondam* etc. incipiat, et in multis vocibus et verſibus ad recentioris ſaeculi dialectum correcta ſit; vt ex ſequenti patebit ſpecimine, quod hic continuationi textus *Veldeckiani* ad latus ponere conſultum ducimus.

Iz muſte do alſo weſen	*Ich der vormals hab zugericht*
Da ne mochten nicht gneſen	*Mit grobem Gſang ein ſchlecht getichte*
Die geſunden noch die ſiechen	*Darnach bald aus den Wälden gieng,*
Sint daz die criechen	*Und mich des Feldbaws vnterfieng,*
In die burg qwamen	*Damit es Frucht brecht nach der ſchwer,*
Elenam ſie namen	*Wie geitzig ſchon ſein Bauman wer,*
Und gaben ſie menelao widder	*Ein angnem werck den Ackerleuten:*
Und brachten troyen darnider	*Sing nu von Stürmen vnd von Streiten*
In der burg an einem ende	*Vnd bſchreib die Waffen vnd den Man*
Gegen dem ſvder winde	*Des, der von Troj der erſt entran,*
Da wonte eyn richer man	*Vnd flob in das Italiſch Land,*
Den ich genenne wol kan	*Da er Lateiniſch Vfer fand,*
Das was der here Eneas	*Wie er zu land vnd auff dem Meer*
Der do Herzoge was	*Geworffen ward, gelübet ſehr*
Des Kuniges tochter was ſein weip	*Durch Krafft der Gætter, vnd vmb das*
Der generte ſeinen Leip	*Ihm Iuno trug ein alten Haß*
Virgilius der mere	*Wie viel er doch erlidten hat*
(*deeſt Verſus a ſcriptore omiſſus*)	*Da er wolt bawen Rom die Stad.*
Von irn Goten geborn	*In Latium bracht frembde Gæſt*

Digitized by Google

Jnde das Vemis die gottynne	*Albani, vnd lateinisch Geschlecht*
Die Vrowe was über die mynne	*Auch selber Rom, verstieb das recht.*
Were sein mutter	*Ach Musa sag mir welchen Gott*
Und Cupido sein Bruder. etc.	*Hat doch Eneas je verspott?* etc.

Patet autem simul ex hoc initio, non tam versionem Virgilii, ab hoc antiquissimo Vate, sed nouum quasi Poema adornatum fuisse. Non enim tam presso pede sequitur Aeneidem, vt non subinde recedat ab eadem, omittat plura, sui temporis Lectoribus minus, forsitan placitura, vel inserat etiam nonnulla, aptis locis, maioris amoenitatis et ornamenti gratia. Ne in libros quidem diuidendum existimauit poeta fabulam suam heroicam, verum in sectiones tantum minores, vt indicio sunt litterae maiusculae initiales, nouarum §. §. tesles, in quauis pagina occurrentes.

Verum maioris momenti est annotare, quousque Poeta noster fabulam Virgilii continuauerit; facilis enim coniectura est, non sine additamentis eam fore, pro more maiorum, ad tempora sua subinde antiquas historias continuantium. Facit hoc Henricus de Veldeck, describendo post cladem Turni, nuptias Aeneae cum Lauinia, quas cum solennibus quibusdam IMPERATORIS FRIEDERICI I. comparat, vbi duobus filiis suis, Moguntiae, in praesentia multorum principum gladios tradidit; id quod et vidisse se ipsum, et ab iis accepisse se affirmat, qui id viderant, adhuc dum viuentibus.

Do von sprach man so wite	Nich eine grozen habe gesehen
Ich vornam von hochzite	Ich weiz, was noch solle geschehn
In aller wile mere	Des kan ich v nicht bereyten
Die also groz were	Ich vornam von swertleiten
Alse do hete Eneas,	Nie werlich mere
Wan die do zu menze was	Do so manch vurste were
Die wir selber sagen	Vnd mancher slachte lvte
Wir en durften nicht vragen	Ir lebet gnuc noch hute
Die was betalle vnmezlich	Die ez wissenn werliche
Da der Keyser friederych	Dem Keyser frederiche
Gab zwein synen svnen swerter	Geschach so manch ere
Manch tusent marcke werter	Das man iemer mere
Vorzeret wart vnd gegeben	Wunder do von sagen mac
Ich wene alle die nv leben	Bis an den iungesten tac

Non sine ratione hoc adduxi, vt nimirum tempus, quo auctor vixerit, inde pateret. Constat enim Imperatorem Fridericum I. Ao. MCXC in expeditione in Terram sanctam, Tarsis ni fallor, quum in fluuio se ablueret, submersum obiisse. Necesse itaque est, vt aliquot ante mortem annis, solemnia ista moguntina celebrata fuerint; et quum nullam mortis eius, vel successoris in Imperio mentionem iniiciat poeta, immo gratiam Friederici captare voluisse videatur, hac interiecta comparatione: pronum est, eum viuente adhuc Imperatore hoc, poetarum teutonicorum ceterum amantissimo, hoc poema suum concinnasse; id quod versus finem clarius patebit.

Post nuptias Aeneae etiam mortem Regis Latini, felix latumque imperium in illum deuolutum, ciuitatem ab eo conditam, immo prosapiam eius describit,

ita vt Aſcanium, ſiue Iulum, ſucceſſorem in regno proximum, tum Syluiu, Aeneam Syluium, aliumque Aeneam, et tandem Remum Romulumque, Romae conditores nominet; his ſtatim Iulium Caeſarem ſubiiciat, Auguſtumque, ſub quo Natiuitatis Ieſu Chriſti meminit, piasque meditationes quasdam, hac occaſione inſpergit; librumque tandem ita concludat, vt nomen ſuum quoque cum fontibus vnde rem omnem hauſerit, indicet:

Das iſt genue wizzentlich
Als iz do tichte heinrich
Der isz vz den waliſchen buche las
Das vz latine getichtet was
Al nach der warheit
Das buch heyſſet eneidt
Das virgilius do von ſcreip
Do von vns die rede bleip
Der tod iſt vor manchem iar
Love her nicht ſo iſt iz war,
Das heynrich machte darnoch
Ine was zu der rede nicht zu ioh
Das her von ſyner ſchulde
Den ſin vorterben wolde
Sindt das her ſichz vnderwant
Wan als her do geſchreben vant
Als hat hers vns vorgezogen
Das her anders nicht hat gelogen
Wan als her an dem buche las
Ob das nicht gelogen was
So wil her vnſchuldic ſin
Als iſt walſch vnd latin
Ane miſſe wendo
Hie ſey der rede ein ende.

Notatu dignum hic eſt, auctorem ad italicum et latinum auctorem ſimul prouocare, fateriqúe eo ipſo, non ex latino tantum Aeneidos exemplari, verum ex verſione quadam itala, tum temporis forte adornata, fabulam ſiue hiſtorias ſuas hauſiſſe, nihilque de ſuo admiſcuiſſe. Vix ac ne vix quidem hodiernos Italos antiquam adeo Aeneidos verſionem, apud ſe, ſaeculo XII confectam, oſtendere poſſe perſuaſus ſum: immo de rei veritate non ſine multa ſpecie dubitare quis poſſet; cum ante Petrarchae tempora, immo ante Conſtantinopolim a Turcis captam nulla poetarum latinorum copia vel lectio in Italia viguerit; niſi auctoris noſtri ſincera confeſſio id extra omne dubium poneret. Incertum tamen eſt, an per appellationem τῶ waliſch italicam an gallicam verſionem intellexerit; quum hanc quoque linguam Wallonicam, Wallicam ſiue gallicam appellare olim moris fuerit; immo inter Belgas adhuc dum eccleſiae quaedam Wallonicae audiant illae, quae ſermone gallico vtuntur.

Reſtat, vt de additamento alius cuiusdam ſcriptoris, eadem tamen manu, vnaque ſerie in MSto exarato, aliquid addam; quum propius nobis exinde, et fata Libri, et Auctoris perſona innoteſcere poſſint. Narrat itaque nobis, auctorem maximam huius poematis partem abſoluiſſe, quum eundem perdiderit, atque ſic prae taedio omnem laborem abiecerit. Tradidiſſe enim partem iam paratam Comitiſſae cuidam Cliuenſi: quae quum Landgranio *Ludouico* matrimonio iungeretur, Cliuiae hoc libro priuata clam fuit, a Comite Schwarzburgico *Henrico*, Landgrauii fratre. Per nouem annos ita priuatum fuiſſe auctorem opere ſuo imperfecto, donec tandem in Thuringia, apud Pfalzgranium Saxonicum *Hermannum*, qui Nuenburgi ad flumen Vnſtrut, ſedem habebat, eundem inueniret; cuius rogatu vel iuſſu tandem, ab *Henrico* noſtro *Veldeckio* tum demum abſolutus eſt.

Conſtat autem inter ſaeculi XII. Scriptores. floruiſſe *Hermannum* hunc, Thuringiae Landgrauium circa annum 1200, et confluxiſſe apud eum omnes fere eius temporis Poetas teutonicos, quos Phonaſcos, (die Meiſterſinger) eo tempore vocabant. Refert ex Spangenbergii libro MSto, quod Argentorati aſſeruari Hannemannus, in additamentis ad Opitii Poeticen memorat, *Io. Chriſtoph. Wagenſeilius*, (Libro von der Meiſterſinger holdſeligen Kunſt p. 510 ſeq.) Hermanni aulam ornaſſe Vates tum temporis celeberrimos, Wolframum ab Eſchenbach, Waltherum von der Vogelweide, Reinhardum de Zweckſtein, Henricum Schreiberum, Iohannem Bitterolfum, nobiles omnes, et Henricum ab Afterdingen, quem alii Eſterdingen, Oſterdingen, immo Oſterdingen * ſcribunt, civem Iſenacenſem. Hic itaque fuit, poſt Friderici I. Imperat. obitum, qui Muſis Teutonicis refugium apud ſe concederet, et apud quem noſter etiam Henricus, amiſſam per nouem integros annos Poematis ſui partem dimidiam, denuo reperiſſe cenſendus eſt; et vti mihi quidem videtur, ante Imper. Friderici I. obitum; vbi Winsbeckius adhuc in aula eius Mecenatem et ſupremum Status Adminiſtrum ageret. Expreſſe enim GOLDASTVS in praefatione ad Notas in *Paraeneſes Winsbeckianas*, *Henricum de Veldig*, inter poetas eos numerat, qui ſaeculo *Friderici Barbaroſſae* vixerunt; quemadmodum eos in Bibliotheca Schobingeriana viderat. Sed operae pretium eſt, audire ipſos Concluſionis huius notatu digniſſimos verſiculos.

Nv ſulle wir enden das buch
Iz duchte den meiſter genug
Der iz vz der waliſche kerte
In dutzſche herz vns ſerte
Das was *von veldecken heynrich*
Das iſt noch wiſſentlich
Das her tichten konde
Her hette eyne lange ſtunde
Das mere teil getichtet
In dutzces berichtet
Rechte do der here Eneas
Vrowen Lavinen brieff las
E dan herz wolde vol machen
Das meynete in ſachen
Her liez iz durch eynen zorn
Wan her hete das buch vorlorn
Her liez iz eyne vrowen
Leſen vnde ſchowen
E dan man iz vol ſchribe
Das was die gravinne von clive
Die milde vnde die gute
Vnd die mit vreiem mute
Wol gros zinſt geben
Vnd wol herliche leben
Als iz wol vrowen gezam
Do ſi der lantgrave nam
Da wart iz zu clive geſtoln
Eyne juncfrowen der ſiez hete bevoln
Des wart die grevinne vil gram
Von ſwarzburg grawe heynrich der iz nam
Vnd iz dannen ſande
In dvringen heym zu lande
Da wart mer von geſcreben
Dan ob iz dem meyſter were bleben
Das man ſagen vor war
Sindt was das Buch wol nuwen jar
Dem meiſter heynrich genomen
Daher nirgen mochte komen
Da herz hete vunden
Biz her zu eyner ſtunden
Quam zu doringen in das land
Do her den pfalzgraven vant
Von ſachſen der ime das buch wider liez
Vnd iz in vol tichten hiez
Wan herz in bat vnd iz ime riet
(*deeſſe videtur linea.*)
Wan das herz in hiez tvn
Des Lantgraven Ludewiges ſvn
Durch den herz vol machen began
Der phalentzgrave herman
Von der nuenburg bie der vnſtrut
Wan die rede duchte in gut

Vnd

* Sic habet Editio Anni 1590 des Heldenbuchs p. vltima, ſed ſphalmatis typographici in-

Vnd das getichte meisterlich
Do vol mathiten heinrich
Durch sein gebot vnd durch sein bete
Wan her ime allen dienst tete
Wie her mochte vnd konde
Vnd iz ime wol gvnde

Sindt daz her sin kunde gewan
Das was der phalentzgrave hermian
Des lantgrayen Bruder
Von Vater vnd von muter
Vnd der grave friderich
Dem diente gerne heynrich.

Quanto itaque in pretio haec, aliaque huius saeculi monumenta priscorum poetarum teutonicorum habenda sint, vel nobis non monentibus, nemo non videt. Et quamuis non audeamus cum TAVBMANNO, eiusmodi specimina in praef. Comment. ad Culicem Virgilii, adducente, asserere: *Haec talia sunt, prae quibus genuinus aliquis Germanus Graecos Latinosque Poetas fastidiat:* id tamen sine praeiudicio affirmare nulli dubitamus, conuenientius esse nobis, in eiusmodi monumentis antiquitatis germanicae eruendis et explicandis desudare, quam duodecim tabularum leges, aliaque obsoleta Oscorum Volscorumque vocabula interpretari, vel quomodo Euandri inter locuta sit, disquirere. In transitu hic annotare liceat, erraſſe MORHOFIVM, dum p. 332 Tract. de Lingua et Poesi Germ. asseruit, Libri, *Heldenbuch* dicti, et circa eadem Friderici Barbarossae tempora scripti, vel compilati ab Heinrico *de Afterdingen*, editionem vltimam prodiisse Anno 1560. Ad manus enim est triginta annis recentior, quae 1590 ibidem, apud *Sigismundum Feyerabend* prodiit, forma, quam vocant quarta: vt alia taceamus, quae in similibus corrigi possent.

Sed ab antiquis Litterarum elegantiorum cultoribus ad eos transeundum iam est, qui nostro easdem tempore, ea, qua decet diligentia coluerunt. Tempus quippe instat, quo Ordo noster praemia ingenii et solertiae offerre solet ingenuis Philosophiae et humaniorum disciplinarum alumnis. Quumque mei potissimum officii, quo AVCTORITATE REGIA ET ELECTORALI in praesentia fungor, ratio postulet, indicere solemnia futurae, proxime instantis anni initio, Promotionis Magisterialis: omnibus atque singulis, quibus hactenus, bonas Litteras excolere et scientias solidiores sectari in more positum fuit, *summos in Philosophia et liberalibus Artibus Honores offero*, et ad examina more antiquo instituenda inuito. Absque certamine enim instituto virtutis praemia reportare, vti pulcrum non est; ita ne aequum quidem in praemiorum distribitoribus existimari posset. Dabam Domin. I. Adventus A. MDCCXLV.

LIPSIAE
IMPRIMEBAT IOH. GOTTL. IMMAN. BREITKOPF.

A/111/72666